

P O L O N I A

F O E L I X

H E N R I C O F R A N C O

V A L E S I O R E G N A N T E,

tantoperè exoptato.

S T E P H A N O F O R C A T V L O.

I V R I S C O N S. A V T O R E.



L V G D V N I,

Apud Gulielmum Rouillium.

M. D. LXXIIII.

R y



PAVLO FVXIO

CARAMANIO, PRIVATO

REGIS FRANCORVM CONSH-

liario, Stephanus Forcatulus

Jurifcons. S.



*Irabuntur plerique, quòd ego
e Jurisperito tam cito archite-
ctus euaserim: satis quidem
magna fiducia in edendo artis
obort & tyrocinio. ausus namq;
sum nouam moliri Poloniam,
erutis prius veterum monu-
mentis, unde materia caesa a-*

*bundè suppetiit ad extruendum vrbes arcesq; cælo pro-
ximas: aut, si mauis, ad detegendū eas, quas obliuio im-
manis obruerat. Illarū fabricæ vix vllus æquus arbi-
ter, qualem te suspicio & prædico, excelsam Cyri regis
domum prætulerit, quam in Medorū agro Memnon
fecit eximiis lapidibus auro vinctis & impendio elabo-
ratis, sed iam pridem dissipatis ac puluere tantum aut
nomine extantibus: si modo magnæ rei nõ ita magnum
opus in gratiam Henrici Franci Valesij Polonorum
Regis a me elucubratū benignè aspexeris. Sic efficies*

POLONIA FOELIX

REGNANTE HENRICO

Franco Valesio, Dei gratia Regi Polonia, ma-
gno Duci Lituania, Andegauorum, Prussia,
Russia, Moscouia, Samogicia, Kiouia, Volinia,
Liouonia, &c.

Q V E M

Stephanus Forcatulus Tolosa leges ciuiles publice pro-
fitens salutat Cal. Ianuariis anno 1574.



Si adfuissem cum primùm le-
gati sceptrum Polonię tibi ob-
tulerunt, serenissime Princeps,
illos propter tam iucundum
nuntium palmarum foliis ac
fructu, nucibus aliisque bella-
riis hilariter sparsissem, reno-
uato priscorũ Atheniensium

more, qui oratores plausibiles aliunde missos similiter
exceperunt: forsitan quoque (vt est audax letitia) te
inter aurea lilia educatum, floribus & odoribus leniter
perfudissem. Te inquam, cœlitum comitiis optimatum
suffragio, populi denique vnanimis mirabili desiderio
& consensione, Regem Polonię in absentia designatũ,
& nunc faustis vocibus conclamatum. Ex quo in Gallia
gaudium ingens gliscere cœpit accensis passim per op-
pida præcipua ignibus: quibus inspectis, ac si cœlestem
flammã hausissem, ad tibi cōgratulandum rei que publ.

Suidas in di-
ctione κατα
ζήματα.

Polonicæ

MAXIMILIANO II. AVG.
Cæsari Germanico.

*Ut tres Forcatuli nequeant aquare Maronem,
Sic ego te Augustis præfero iure tribus.*

EPIGRAMMA RECENS:

De Phœnice ab ortu Solis in Septentrionem mi-
grante, ob Henricum Francum Vale-
sium Poloniæ Regem.

*Sarmaticas Phœnix, ut primùm vidit ad oras
Ire Ducem, cuius Gallia luce nitet:
Plus, inquit, tepido gelidus me Vistula Gange,
Et plus chrysolithis succina gemma iuuat.
Non myrrhæ lachrymis, nigro nec letor amomo:
Candida quod redolet lilia, melle fruor.
Sed Phœnix metuo Gallo sub principe fœlix,
Ne pigeat me post secula certa mori.
Sarmatis ora placet: nunc Indica rura valete:
Cum Sole ipse meos transfero nempe lares.*

F I N I S.

